



Universitätsbibliothek Paderborn

**AntiLutherus Judoci Clichtouei Neoportuensis. Doctoris
Theologi, Academiæ Parrhisie[n]sis**

Clicthove, Josse

[Köln], 1525

VD16 C 4189

Ecclesi[a]e sanctæ authoritate, & scriptorum ecclesiasticorum testimonio
comprobari, missam esse sacrificium. XI

urn:nbn:de:hbz:466:1-36183

secundū expositores dicti loci prophetici, per oblationē mūdā in omni loco offerendā: intelligiſ sanctissimū eucharistiæ sacramen-
tū, omni mūditia atq; puritate plenissimū. qđ in omni terrarū pla-
ga immolandū in ipso missæ officio: prophetæ oraculo præcūia
tur. **E**t igitur huiusmodi sacramentū, secundū ecclesiæ ritum cō-
secratū: haud dubie sacrificium. ¶ **S**eptima ratio. Qui inficiantur VII.
sanctam eucharistiā rite in missa cōsecratā esse sacrificiū: dicāt
uelim, quod ponunt esse sacrificiū nouæ legis propriū & peculia-
re. **N**ō enim recte dixerint: nullum tale in lege euangelica esse sa-
crificiū, quoniā eo dicto, & legem Christi sustollerent & eius sacer-
dotiū: quorū neutrū (ut ante dictū est) sine sacrificio subsistere po-
test. **N**eque itidem uere dixerint, castigationē corporis aut oratio-
nē uel eleemosynā, aut bonam quācunq; operationē: esse speciale
nouæ legis sacrificiū. Quoniā ad ea bona opera facienda, non mi-
nus obstringebant ante Christi in carnē aduentū obseruatorē
ueteris legis: qđ nunc obligetur nouæ legis cultores. **Q**uare quodq;
eorū non potius dici debet euangelicæ legis sacrificiū: qđ Mosaice.
In super & laici & mulieres obligantur æqua cōstrictione ad mor-
tificationē carnis, orationē, paupe, subleuationē, & reliq; iustitiae
opa: atq; sacerdotes & uiri ecclesiastici. **N**ihil igit̄ eoz, tale est sacri-
ficiū: quod debeat p̄ solos sacerdotes euāgelicæ cōstitutiōis pecu-
liariter offerri, distincū à Mosaici ritus hostijs, quale tamē sacrifi-
ciū: in p̄sentia querit. **E**t cū p̄ singula quis discurrerit bonorum
operum & hostiarū genera, nullum tandem inueniet nouæ legis
singulare & unicū sacrificiū: quā oblationē panis sancti & calicisla-
lutaris, in missa fieri solitam. **E**t igitur sancta illa immolatio, uerū
sacrificiū: & huiusmodi nomine honoranda: ut lex euangelica si-
cut ab antiqui ritus lege est diuersa: ita quoq; diuersum ab eiusui-
timis habeat sacrificium.

¶ **E**cclesiæ sanctæ authoritate, & scriptor̄ ecclesiasticoz
testimonio cōprobari: missam esse sacrificiū. **C**ap. XI.

Tne solis agatur rationibus res proposita, sed & so-
lida atq; irrefragabili authoritate: nūc reliquum est
eā fulcire & totius ecclesiæ & scriptor̄ patrū sente-
tijs, quas nec aduersarij queāt refellere. ¶ **S**eruata VIII.
itaq; ordinis ad supra positas ratiōes denominatiōe,
y p maiore



LIBER SECUNDVS

pro maiore memorie cōmoditate: sit hæc octaua ratio. **V**niuersitas ecclesiæ authoritas, hāc quā astruimus etiā approbat sententiā: panē scilicet uitalem et calicem salutiferū in missæ celebratiōe, eē sacrificiū, quæ in orationibus secretis officiū missæ, p̄fationē sacrā pxime antecedētibus panē et uinū altari supposita, appellat nūc hostiā, nunc uictimā, nunc sacrificiū, nunc uero oblationē, numero singularitatis: ob mysterij peragēdi integritatē et unitatē. Intendum aut̄ multitudinis numero, hostias, oblationes et sacrificia, materia illā faciundæ cōsecatiōis nūcupat: ob geminas sacro signorū ptes, panē et uinū. In utraq; aut̄ appellatiōe, tū attendit ecclesia non nudam consecrationis postea peragendæ materiā: sed et corporis et sanguinis dñici oblationē, sub illis signis facta consecratio futurā. In orationibus quoq; officiū ecclesiastici missam cōcernentis, post cōmunionem dicendis, sacram corpus dñiūcum & sanguinē iam oblata deo & sumpta à sacerdote: appellat eadem ecclesia catholica iisdem nominibus, aut̄ unitatis numero expressis: ut hostiam, uictimā, sacrificiū, oblationē, propter identitatem & singularitatem eius qui oblatus est: dñi scilicet nostri Iesu Christi dei & hominis, aut̄ pluralitatis numero designationib; p̄dictis, idē sacramentū uocat: ut hostias, uictimas, oblationes, et sacrificia, ppter duas pr̄cipuas integri sacrificiū partes, utputa sacratissimū dñi nostri corpus et pr̄ciosum eius sanguinem: quorū utruncq; in augustinissimo missæ officio uere offertur. **Q**uemadmodū idem eucharistiae sanctæ mysteriū, nunc sacramentū dicitur in ecclesiasticis orationibus et canticis: ob ipius sacræ synaxeos et cōmunionis unitate atq; integratē, nūc uero sacramēta dicuntur: ob sacrō signorum, quibus id obuelatur arcānū & expletur, diuerſitatem. **Q**uisigit addubitet, ex ante dictis denominationibus ecclesiā sanctā aperite innuere: corpus & sanguinē dñiūcum in missa oblatum, esse sacrificium: ¶ **N**ona ratio. In ipso quoq; canone sacro missæ, ecclesia sancta antiquissimo usu iam diutissime obseruato: uenerāda illa signa excellentissimi mysterij, altari imposita, ante cōsecatiōnem uocat sancta sacrificia illibata, sacrificiū laudis, oblationē quā se offerre cōtestatur: sub habitudine quadam & relatione ad ea augustinissima signata, corpus dñi & sanguinē, quæ peracta consecratio ne, sub illis signis uerissime continetur. **P**ost consummatam uero cōsecatiō-

cōficationē sanctissimi sacramēti ipa ecclesia in p̄dicti sacri cano-
nis contextu phibet se offerre diuinæ maiestati (ad sacratissimum
corpus & sanguinē dñicū, uenerabilibus illis signis ineffabiliter ob-
tecta, referēs suā mētē: eaq; signaculo crucis obsignans) hostiā pu-
ram, hostiā sanctā, hostiā immaculatā: panē sanctū uitæ æternæ,
& calicē salutis perpetuæ. In quibus sane uerbis significatur aper-
tissime ipius panis supercælestis & calicis sancti oblatio, summe di-
uinitati facta: & proinde gloriosum Christi corpus & sanguis, tum
sub uelamine sacrorū signoq; mirabiliter in altari subsistē: esse ue-
rum sacrificium, deo tunc per ministeriū sacerdotis oblatū. Quam
quidem sentētiā, quicūq; sacri canonis missæ uerba diligentius at-
tendunt: indubitatam tenēt, neq; hæsitant eandē esse, semperq; fu-
isse ecclesiæ catholicæ solidā determinationē. Quā nunc trahere
in dubiū, adducereq; in disceptationem aut impugnare debet ne-
mo: qui cum tota ecclesia de altissimo hui⁹ sacramēti mysterio re-
cte ac syncere uoluerit sentire, sc̄q; legitimū & nequaq; degene-
rem ecclesiæ filium prodere. ¶ **Decima.** Eandē prēterea sentētiā
comprobant suis scriptis plurifariā sancti patres; uirtute & doctri-
na p̄stantissimi. Ex quoq; nūero nunc ante omnes prodeat bea-
tus pater Augustinus: in decimo libro de ciuitate dei, cap. uicēst-
mo dicens. Per hoc, & sacerdos est ipē offerens: ipē & oblatio.
Cuius rei sacramētiū: quotidianū esse uoluit ecclesiæ sacrificiū, cū
ipius corporis ipē caput: & ipius capitī ipa sit corpus. tā ipa p ipm:
quā ipē per ipam suetus offerri. Hæc ibi. Sed quod obsecro est q
tidianū ecclesiæ sacrificium: nūli sanctissimum corporis & sanguini-
nis dominici sacramētū: quotidie ab ecclesia in missa offerri so-
litum. Quomodo etiam ipē Christus per ecclesiam coluetus est of-
ferti: nūli in sacratissimo missæ mysterio, ubi gloriosum eius corp⁹
& sanguis sub panis & uini speciebus offeruntur? Rursus idem in
uicesimosecundo eiusdē operis libro, cap. decimo ait. Nos autem
martyribus mortuis, nō tēpla sicut dijs: sed memorias sicut homini-
bus mortuis, quorū apud deū tituunt spiritus, fabricamus. Nec ibi
erigim⁹ altaria, in qbus sacrificemus martyribus: sed uni deo & mar-
tyrū & nostro, sacrificium immolam⁹. Ad quod sacrificiū, sicut ho-
mines dei, qui mundum in eius confessione uicerunt: suo loco &
ordine nominantur, non tamen à sacerdote qui sacrificat, inuocā-

x.

Augustinus.

Idem.

y 2 tur.

LIBER SECUNDVS

tur. Deo quippe, nō ipsis sacrificat: quis in memoria sacrificet eorum,
quia dei sacerdos est: non illoge. Ipsum uero sacrificium, corpus est
Christi: quod non offertur ipsis, quia hoc sunt & ipsi. Hæc **Au-**
gustinus. Quid autem hoc testimonio apertius haberri potest aut cer-
tius: quo dicit eximius ille splendor ecclias, corpus Christi esse ipsum
sacrificium: quod scilicet sacerdos ecclesiasticus deo sacrificat & of-
fert in celebratissimo missæ mysterio? Potius ne beato Augustino
illud religiose & probe afferenti, habenda est fides: qd Lutherus idē
impie atq; improbe diffitēti; ¶ **V**ndecima ratio. Accedit & con-
sonat supradictis, eiusdē probatissimi authoris sententia in Enchiridio:
ubi ait. Nec negandū est, defunctoruā animas pietate suo
rum uiuentū releuari: cum pro illis sacrificium mediatoris offeratur,
uel eleemosynæ quæ in ecclesia fiunt. Sed prosunt eis, qui cū ui-
uerent; hæc sibi ut postea possint prodesse, meruerūt. Et paulo post.
Cum ergo sacrificia siue altaris siue quarūcunq; eleemosyna
rum pro baptizatis defunctis offerunt: pro ualde bonis, gratiarū
actiones sunt. pro nō ualde malis: propitiatiōes sunt. pro ualde ma-
lis, etiam si nulla sunt adiumenta mortuorū: qualescunq; uiuorū cō-
solationes sunt. Hæc ille. Quod autem est sacrificium mediatoris, aut
quæ altaris sunt sacrificia, secundū mentē Augustini in loco cita-
to: nisi oblatio panis uiuifici & sacri calicis dominici in ipso missæ
mysterio? Illud igitur sacramentū: ex eiusdē sententia uere est &
dici debet sacrificium. ¶ **D**uodecima. Cum dominus per prophetā
in psalmo, legis euāgelicæ grām amplissimā mūdo, manifestandā
reserans: se repudiaturū ueteris legis hostias perhibuisset, his uer-
bis. Non accipiam de domo tua uitulos: neq; de gregibus tuis hit-
cos, & alijs tum praecedētibus tū sequētibus: subiungit id oblatiōis
genus, quod sibi uult earū loco immolari, dicens. **I**mmola deo sa-
crificium laudis: & redde altissimouota tua. **E**t iterū eodē in loco. Sa-
crificium laudis honorificabit me: & illic iter, quo ostendā illi saluta-
re dei. Per sacrificium autem laudis, ibidē intelligūt graues & eruditū il-
lius loci expositores, & in primis **Nicolaus Litanus,** diligētissimus
totius sacræ scripturæ ad literā explanator, & nō aspernandæ au-
thoritatis: oblationē preciosi corporis & sanguinis dñici in ipso mis-
sæ mysterio; in laudē, gloriā & honorē diuini nominis, factā. In
cuius rei fidem ac robur: in sacro canone missæ, sanctissima illa im-
molatio

XI
Augustinus.

XII.

Psalm. 49.

Nicolaus
Litanus.

molatio sacramēti eucharistiae, sacrificiū laudis appellat: cum post factā uuentū cōmemorationē, subiungit sacerdos. **P**ro quibus tibi offerimus, uel qui tibi offerunt, hoc sacrificiū laudis: pro se suisq; omnibus. **E**st igitur ex scripturā diuinā testimonio, accedēte sacrorum eius interpretū sententia, & totius ecclesiæ authoramēto: sancta illa hostia in missæ celebrationē cōsecrata, uerū sacrificium, & ita debet appellari. ¶ **D**ecimatercia ratio. **S**anctus itē **C**yprianus, cū doctrina singulari tum martyrio insignis: eandē comprobat assertionē, potissimum in epistola ad Cæciliū: quæ secūdi suarū epistolarū libri est ordine tertia: ubi nō semel sed sēpenume ro: ipsum dominici corporis & sanguinis sacramentū appellat sacrificiū. Ita em̄ circa ipsum prædictæ ep̄læ exordiū scribit. **Q**uoniam quidā uel ignoranter uel simpliciter in calice dominico sanctificando & plebi ministrando non hoc faciunt quod Iesu Christus dominus & deus noster, sacrificij huius author & doctor, fecit & docuit. religiosum pariter ac necessarium duxi ad te literas facere. **V**t si quis in isto errore adhuc teneat: ueritatis luce perspecta, ad radicē atq; originē traditionis dominicæ reuertatur. **D**einde pauci interiectis ostendens in Melchisedech, sacrificij dominici præfiguratū esse sacramentū: ait. **N**am quis magis sacerdos dei summi: q̄ dominus noster Iesu Christus, qui sacrificiū deo patri obtulit. **E**t obtulit hoc idem quod Melchisedech obtulerat, id est panē & uinū: suū scilicet corpus & sanguinē. **R**ursum paulo post idem Sed & per Salomonē spiritus sanctus typū dñici sacrificij præmotus immolatæ hostiæ & panis & uinit: sed & altaris & apostologe faciens mentionē. Sapientia (inquit) ædificauit sibi domū: et subdit columnas septē. Mactauit hostias suas, miscuit in craterē uinū suum: et parauit mensam suā. Et misit seruos suos: conuocanscum excelsa prædicatione ad craterē, dicens. Qui est insipiens declinet ad me, et indigētibus sensu dixit. **V**enite et edite de meis panib⁹: et bibite uinū quod miscui uobis. **I**te nō nullis interpositis: eodem in loco ait. **V**nde apparet sanguinē Christi nō offerri: si desit uinū calici, nec sacrificiū dñicum legitima sanctificatione celebrari: nisi oblatio et sacrificiū nostr⁹ responderit passioni. **Q**uomodo autem de creatura uitis nouum uinum cum Christo in regno patris bibe mus: si in sacrificio dei patris et Christi, uinum nō offerimus, nec

XIII.
Cyprianus.

Gene. 14.

Matth. 25.

LIBERT SECUNDVS

calicē domini dñica traditione miscemus? **H**ec **Cyprian⁹**. Ecce in singulis locis modo citatis, uocatur ab exitio illo authore sacramē tum corporis & sanguinis domini, sacrificium. nec non in cōplūsculis alijs sequentibus locis eiusdē epistolae: quē tota est succulenta, salutarisq; doctrinæ refertissima. ¶ Prolixum certe foret & nimis opsum: sanctoꝝ patꝝ **Hieronymi**, **Gregorij**, **Chrysostomi**, **Bernardi** & ceteroꝝ testimonia idē cōprobantia: hic in medium afferre, que studioꝝ lectori, sacra eoꝝ ope sedulo exercitio euoluerint: protinus obuia erūt, atq; ad manū occurrēt. **A**b illis igit̄ citandis supersedentes: alia adhuc uia rem propositā fulciamus.

¶ **S**anctionū etiā pōtificiaꝝ iurisq; canonici testimonio ostēdit: q; sacramētū eucharistiae in missā celebratiōe oblatū, siueq; & singulare sacrificium. **C**ap. XII.

Rætere ut solidius accipiat robur & firmiꝝ, id ī p de quo differimus negocium: iuris etiam pontificij authoritate, in præsentia corroborandum est, digestis in ordinē illius testimonijs. ¶ **S**it igit̄ hæc dcimaquarta ratio. In epistolis decretalib⁹, titulo de summa trinitate & fide catholica, cap. firmiter credimus, ita dicit

Innocenti⁹ tertius. **V**na uero est fideliū universalis ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur: in qua idem ipse sacerdos est sacrificiū, **I**esus **Christus**. **C**uius corpus & sanguis in sacramēto altaris, sub speciebus panis & uini ueraciter continent: transubstantiatis pane in corpus & uino in sanguinē potestate diuina. **V**t ad perficiendū unitatis sacramētū, accipiamus ipſi de suo: quod accepit ipſe de nostro. **H**æc ibi. **S**ed quo nam puto **C**hristus ipſe, summ⁹ sacerdos secundū ordinē Melchisedech, nunc est sacrificium: niſi quoniam ipſe deo offertur in sacro sancto missā officio, panis & uini adopertus integumento? **N**empe non est ipſe nunc sacrificiū, quoniam seipsum in cruce obtulerit pro nobis (quāuis in hora amarissimæ suæ passionis fuerit secundū eā rationē & sacerdos & sacrificiū: at semel tantū oblatū, & nunq; eo modo iteratū) sed quoniam sacratissimum eius corpus et sanguis offerunt sub myſticis signis in sancto altari. **E**st igit̄ huiusmodi oblatione: uere sacrificiū. ¶ **D**ecimaquita: In libro etiā decretorū, distincione nonagesimatercia, cap. peruenit, hæc cōcili⁹ **Niceni** asserta sententia

xiii.

Innocenti⁹ tertius.

Pſal. 109.

xv.